(2) Il passo già riferito basterebbe a chiuder la bocca a ogni contradditore. Anche altrove lo Scoto afferma il contrario: " Terra proprie loquendo non est punctus sed propter sui parvitatem " quam habet respectu coeli, quia eius quantitas est insensibilis respectu quantitatis coeli; improprie " tamen loquendo centrum terrae et universi est punctus in medio terrae a quo omnes lineae ductae " ad circumferentiam sunt aequales " (c. 188 *r*).

piamo quale Studio (il bolognese forse) (1) ne faceva Cecco d'Ascoli, ce la mostra già divenuta in Italia, per poco non dissi, libro di testo. Al passo già riferito del Sacrobosco, lo Stabili fa le seguenti osservazioni:

Circa istam quaestionem multiplex est dubitatio. Et primo utrum elementa habeant figuram. Secundo utrum terra sit in medio. Tertio quare rotunditas aquae deficit potius quam in igne aere et terra. De primo arguo quod elementa non sint figurae orbiculares sed rectae tali ratione: motus eius sequitur formam; et, secundum quod habetur 4° *Coeli et Mundi* grave vel leve quantum dat sibi de forma tantum dat sibi de motu et loco et de aliis que consequuntur ad ipsam figuram et sequuntur ipsam formam perfectivam et completam. Cum ergo motus elementorum sit rectus (moventur enim gravia deorsum per lineam rectam, levia eodem modo sursum) ergo videtur quod figura eorum sit recta. Praeterea elementa cum sint in potentia ad mixtum non retinent formas suas in actu, alioquin non convenirent ad constitutionem mixti; ergo non possunt retinere aliquam formam et sic nec orbicularem. Oppositum: coelum ut probatum est a Ptholemeo et Aristot. est rotundum, sed locus et locatum in superficiebus adaequantur, ut patet de aqua in vase et de aliis omnibus, ergo corpus contentum a concavo orbis lunae oportet esse orbicularem. Vado ad formam rationum, ad quam dicendum est quod elementa non habent formam perfectam et completam naturalem licet habeant quandam formam materialem, figura sequitur talem formam, ideo cum elementa careant tali forma non habent figuram aliquam naturalem que ex se debeatur eis licet ex motu eorum per se sint concavitatis orbicularis. Ad secundum dico quod ratio illa concludit de elemento in quantum est mobile ad mixtum et sic non habet figuram naturaliter, non autem de elemento prout est mobile ad ubi. Secundo est dubium utrum terra sit in medio coeli. Et videtur breviter quod non, quia corpus gravissimum est corpus terrae, ibi non sustentatur ab alio, ergo cum sit corpus gravissimum videtur quod debeat cadere vel stet ibi per violentiam. Ista est ratio laicorum (*sic*). Et quidem noster Esculanus saepe facit istam quaestionem cum matre sua ut convicinae pauperrime de ipsius scientia admirentur. Iccirco istam quaestionem solvere non sum dignus. De secundo (*sic* - de tertio) quod queritur quare ista orbicularitas defecit in aqua potius quam in aliis elementis, dico quod natura nihil frustra facit et semper quod est melius operatur: cum fecit hominem cuius gratia omnia sunt facta dimisit illam partem terrae disseparatam ut homines et animalia conservarentur in esse. De isto passu multae sunt oppositiones quas propter brevitatem omitto. Sed istud est veritas quod Deus per sui potentiam fecit ut scribitur: congregentur aquae quae sub coelo sunt et terra fiat arida (2).

È un peccato veramente che Cecco non ci dica di più; ma egli a sua scusa avrebbe potuto ripeterci quello che ad altro proposito dice nella medesima pagina: " intendo legere astrologiam ad quam electus et non philosophiam ", ossia l'astrologia nel senso più stretto della parola. Tutti infatti sembrano averla in conto di quistione filosofica, la nostra (e stando ai criteri del tempo lo era), salvo a trattarne per incidente a dichiarazione del passo della *Sfera* già parecchie volte citato.

(1) Da un trattato inedito di Cecco d'Ascoli da me rintracciato nella biblioteca Vaticana, risulterebbe dubbio il fatto che Cecco commentasse la *Sfera* del Sacrobosco nello studio bolognese.

(2) Cfr. c. 5 *v* della " Sphera mundi cum | tribus Commentis | nuper editis videlicet. | Cicchi Esculani | Francisci Capuani de Manfredonia | Jacobi Fabri Stapulensis ". *In fine:* " Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Biuilaquam | et summa diligentia correctum: ut legentibus patebit. Anno Cristi Side | rum Conditoris. MCDXCIX. Decimo Calendas Nouembres ". In-f°. La stampa è invece scorrettissima. — Vanno unite con lo stesso volume nell'esemplare Casanatense le " Theoricae novae Planetarum Georgii Purbachii astronomi " ecc. Nell'*Acerba* l'Ascolano parlando nel cap. 4° del libro I degli elementi e del loro ordine non si trattiene neppure sulla questione, ma dice che " la terra sta dal cielo equal lontana ", distingue la terra emersa nei soliti climi, nomina a proposito della rotondità della terra " el gran tumore ", che è parola, come abbiam visto, di cui si serve pure il Sacrobosco. I poli, anche secondo lui, come per Bartolomeo da Parma, han nascosta virtù di calamita " Ma zescun (*dei poli*) si fa come calamita ". Cfr. dell'ediz. di Venezia 1476, la c. 9 *r*.

Qualche anno dopo, e cioè nel 1337, usciva in Parigi per mano d'un domenicano, Hugues de Castro, un altro commento del Sacrobosco, che mi fu dato di leggere in due codici vaticani, coevo l'uno allo scrittore, se non di sua propria mano, posteriore l'altro d'un secolo. Si tratta del codice Vaticano latino 3108 (perg., sec. XIV, 158×226) e del 2226, già ricordato, dove il nostro commento occupa le carte 80*r*-166*v*. Il 3108 è scritto nitidamente su pergamena annerita dal tempo con inchiostro nero; comincia con la leggenda in rosso " Incipit scriptum super librum de Spera a fratre Vgone " de castello ordinis predicatorum editum Parisius in MCCCXXXVIJ „ (c. 1*r*); termina con le parole seguenti: " demonstraret per mortem ipsum solem iusticie eclip- " satum. | Explicit scriptum super libro de Spera mundi a fratre Vgo | ne de Castello " Editū Parisius Anno dñi 1337 „. La causa finale del discoprimento della terra è per Ugo di Castello quella che assegna il Sacrobosco, la causa efficiente è Dio, sebbene egli sappia (e lo sappiamo anche noi, perchè l'abbiam letto in Averroè) che alcuni filosofi ricorressero al calor del sole e delle stelle:

Et ideo posset quis querere quare non operit aqua terram. Respondet magister et assignat causam finalem dicendo *in quantum* etc. *ad vitam animalium tuendam* ..... Omnis effectus directus in finem dirigitur ab aliquo ordinante et dirigente qui finem intelligit et cognoscit sicut sagitta dirigitur in finem a sagittante et ideo de causa efficiente pro manifesto relinquit ..... vel quia supra dixit deum gloriosum totius ordinis universi ..... Licet aliqui philosophi cum hac posuerint causam secundariam ministerialem scilicet calorem solis et stellarum desiccantem terram habitabilem ab humore, aliqui vero dixerunt oppositum, scilicet quod deus solum est huius causa, quia si calor assignaretur pro causa secundaria, ubicunque erit similis calor vel maior desiccabit ..... et ideo dicunt isti quod solum quarta aquilonaris est habitabilis seu secundum eos est ab aquis discooperta, quam opinionem puto magis veram et sacre scripture consonam (Cod. 2226, c. 90 *r*).

Nulla di notevole ci presenta un altro *Commentarium Anonymi super Spheram Sacrobuschi* contenuto nel cod. Vat. Lat. 3097, cart., sec. XIV-XV, mm. 208 × 280, a due colonne e, sempre a giudizio del sullodato p. Ehrle, di scrittura inglese. Comincia a c. 82*r* con le parole: " *Ad inicium huius*... Iste liber cuius subiectum est totum universum secundum se et suas partes... „; termina a c. 102*r* con la spiegazione del passo " *Cum in plenilunio* ecc.... pars dyametri mundi „. L'autore si contenta di osservare (c. 83 *v*, col. 1ª) che " ex spera aquae et ex spera terre constituta " est vera spera mundo contenta „. Più diffusamente ne tratta altro anonimo, probabilmente del secolo XV, nelle *Quaestiones de sphaera* che furono di mano del secolo XV tracciate nelle prime 59 carte del cod. Vat. Lat. 2226, cart. 212×296, car. corsivo. Le *Quaestiones* sono in questo codice mutile in principio, ma per fortuna è conservato il passo in cui si discute il rapporto reciproco fra l'acqua e la terra. Leggiamo infatti alla carta 12 *v*:

Tertio queritur de figura aque; circa quod queruntur duo. Primum utrum aqua sit sperice figure vel solum circularis et videtur quod sperice, quia unius corporis unus idem est locus; sed terra est unum corpus; si igitur terra non circundat aquam undique, erit terra in duobus locis. Contrarium patet ad aspectum et in Genesi dicitur quod *congregentur aque* etc. Iuxta hoc queritur utrum aqua occupet magis spatium quam terra, quia per philosophum patet quod quanto elementum est formalius et rarioris substantie maiorem occupat locum. Item etiam queritur utrum elementum aque terra sit altius ..... Ad primam questionem dicendum quod elementa dupliciter possunt considerari: uno modo secundum naturas eorum absolute et sic natu-

rale est aque quod totam terram undique contineat sicut et aer continet aquam et dicitur in principio fuisse instituta; alio modo possunt considerari in ordine ad mixtorum generationem ad quam etiam celestia corpora movent et sic talis situs competit ei qualis postea est institutus, unde statim apparente arida in aliqua sui parte subdividitur a productione plantarum. Etenim secundum Philosophum in 4° de Generatione, tria elementa inferiora concurrunt in loco generationis cum radiis solis qui sunt loco ignis ut sic unumquodque mixtum ex quatuor potest constare elementis ..... unde virtute divina congregate sunt aque ..... Quod autem convenit elementis ex virtute corporum supercelestium non est contra naturam ut dicit Commentator 3° Coeli et mundi ..... Unde quod Deus operatur in rebus est eis natura.

Adduce quindi l'altra ragione dedotta dal principio che:

Continens sit formalius contento, ut patet per Philos. 8° Phisicorum ..... dicendum quod secundum Avicennam et Algazel nihil prohibet duas superficies esse locum unius corporis secundum diversas eius partes sicut patet in plantis.

All'altra questione dello spazio occupato dalle acque, risponde distinguendo e concedendo se s'intenda " secundum proportionem quia secundum Philosophum proportio elementorum decupla, unde ex uno pugillo terre fiunt decem aque ". Quanto alla seconda quistione dell'altezza dell'acqua:

Dicendum quod est duplex opinio: quidam dicunt quod non, alii dicunt quod sic; quia cum aliqui montes transcendunt sua altitudine medium intristicium aeris paradisus terrestris propter suam altitudinem et tranquillitatem usque ad globum lunarem dicatur attingere licet realiter non attingat, si mare ultra ista loca procederet in altitudine, totam terram occuparet. Alii dicunt quod sic quia cum a principio terra esset cooperta aquis, per eorum congregationem in locum unum, ut dicitur in Genesi, aque in maiorem altitudinem elevate sunt; unde dicit Basilius compertum esse experimento mare altius terra (c. 12 *v*-13 *v*).

La controversia s'era infatti venuta ravvivando tra il finire del secolo decimoquarto e il principio del decimoquinto, non solo fra i teologi, come vedremo nel capitolo seguente, ma anche fra i cosmografi. Pietro d'Ailly in Francia, Prosdocimo da Beldomando e Giambattista Capuano in Italia, Pietro Cirveli in Ispagna consacrano ad essa prolisse pagine, che a me spetta, per la natura del lavoro intrapreso, l'ingrato còmpito di riassumere e trascrivere in parte.

Primo a darci avviso che la controversia più che mai ferveva è Pietro d'Ailly, celebre cancelliere dell'Università parigina e di poi vescovo di Cambrai, col suo non meno famoso trattato intitolato *Imago mundi* composto, si dice, il 1410, nel quale, come pure nelle sue *Quaestiones* sulla Sfera (curioso riscontro, che ad altri potrà parere fortuito), manifesta egli l'opinione che è espressa nell'istanza principale della *Quaestio* (§ 17) e che dall'autore di questa è nel paragrafo seguente combattuta:

Aqua non circundat totam terram sed partem unam dimittit discoopertam pro animalium habitatione, quia una pars terre est minus gravis et ponderosa quam alia et ideo illa est altior et a centro mundi magis elevata. Residuum vero preter insulas est totum coopertum aquis secundum comunem philosophorum opinionem. Terra igitur tanquam elementum gravius est in centro seu medio mundi. Itaque centrum terre seu centrum gravitatis ipsius vel secundum aliquos centrum gravitatis terre similiter et aque est centrum mundi (1).

---

(1) *Imago mundi*, cap. 4°: " De quatuor elementis et eorum situ ", c. 6 *r*, dell' ediz. s. l. a. et typ. n., che nell'Hain porta il n° 836, della quale un esemplare si conserva tra gl'incunaboli della Casanatense, con le tavole in principio del volume, e un altro con le tavole in fine fra quelli della Vaticana.

Lo stesso ripete, con sfarzoso apparato di ragioni nella *Quaestio* quinta (Quae- " ritur quinto utrum coelum et quatuor elementa sint sphaerica "), nella quale, come nelle altre sue questioni, il meccanismo logico e dialettico appare assai complicato, cominciando egli, come fa l'autore della *Quaestio*, dalle obbiezioni, proseguendo col suddividere, d'accordo anche in ciò colla *Q.*, la questione in articoli; ma questi son suddivisi anche in punti e sono svolti per via di conclusioni seguite da argomenti (specialmente per la conclusione *responsalis*) e indi talora da corollari e accompagnate quasi sempre da dubbi. La disparità delle opinioni che regnava a quel tempo si fa pur qui manifesta. Il secondo punto dell'articolo secondo sulle figure degli elementi, che concerne la figura dell'acqua, si apre infatti con questo dubbio:

Utrum aqua ex natura sua appetit circumdare terram omnino. Ad quod respondent aliqui dicendo sic. Nam dicunt quod dupliciter potest considerari aqua, uno modo ut est corpus grave naturaliter et secundum talem considerationem aqua deberet appetere circundare terram omnino. Alio modo potest considerari aqua ut est unum elementum ordinatum propter generationem mixtorum et quantum ad hoc aqua debet inclinari ad relinquendum unam partem terre discoopertam, ut attingat suum finem. Aliter potest dici ad dubium probabiliter quod aqua nullo modo est inclinata ad circundandum terram omnino et causa est quia, si sic, esset quia est corpus naturaliter grave, sed propter hoc non debet esse ad hoc inclinata ex eo quod una pars terrae plus distat a centro mundi quam alia pars. Et ideo aqua debet partem illam relinquere et fugere ad partes decliviores etc. (1).

Segue il D'Ailly a dimostrare coi soliti argomenti del Sacrobosco e di Aristotele la sfericità dell'acqua. Il terzo articolo della medesima Questione si apre col dubbio seguente:

Utrum terra sit in medio firmamenti. Et videtur quod non, quia si sic, tunc centrum magnitudinis eius deberet esse in medio firmamenti. Consequentia est nota, sed consequens est falsum, quia tunc terra deberet esse totaliter aquis cooperta, eo quod terra et aqua aequaliter tendunt ad medium mundi vel firmamenti. Consequens est contra experientiam. In oppositum arguitur per auctorem in textu.

E dopo aver soggiunto altri dubbi e aver definito il centro di grandezza e il centro di gravità (2) e fatto alcune altre dichiarazioni, pone le seguenti conclusioni:

1ª est quod in terra non est idem centrum magnitudinis et gravitatis. Patet quia terra est difformiter gravis. Ergo conclusio vera. Consequentia tenet ex dictis in primo correlario primi notabilis. Antecedens patet quia pars terre aquis discooperta et super quam transit sol, levior est propter calorem solis et alia pars aquis cooperta gravior est propter frigiditatem aque. — 2ª Concl. Centrum gravitatis terre non est in medio firmamenti. Patet conclusio quia si terra imaginatur dividi in duas partes eque graves, tunc illa pars que est aquis cooperta una cum aqua circundante pellit aliam partem quousque centrum solius aggregati sit centrum mundi. — 3ª Concl. est quod non est idem centrum magnitudinis terre et firmamenti. Patet quia tunc

(1) Cfr. c. 122 *r* della *Sphaera mundi noviter recognita* ecc. *In fine:* " Venetiis impensis nobilis " viri domini Luce Antonij de giunta Florentini, Die ultimo Junij. 1518 ". L'edizione, abbastanza rara, è in-f°, di c. 235 (1-180, 201-253, la c. 7ª e 8ª segnate col n° 6), con segn. A-Z, AA-GG, car. got. a due colonne; linee 66 per pag., con silogr. nel testo, le iniziali ornate e l'impresa del Giunta in fine. Un esemplare ne possiede la biblioteca Alessandrina di Roma.

(2) " Advertendum est quod gravium corporum duplicia sunt centra, quia quedam sunt gravi- " tatis et alia magnitudinis. Unde centrum magnitudinis alicuius corporis est ille punctus a quo " omnes linee recte ad superficiem eius ducte, si fuerit sphaericum, sunt aequales. Sed centrum " gravitatis alicuius corporis est ille punctus existens in medio linee dividentis illud corpus in duas " partes eque graves " (*Ib.*).

terra esset omnino aquis cooperta, ut arguebatur in ratione dubii. Ex hoc patet quod in ipsa terra oportet imaginari tria centra realiter distincta: primum est centrum magnitudinis ipsius terre, secundum centrum gravitatis eiusdem, tertium est medium firmamenti. Secundo sequitur correlaria quod terra non est in medio firmamenti nec primo modo nec secundo modo. Patet quia nec quoad centrum magnitudinis nec quantum ad centrum gravitatis. — 4ª Concl. est quod centrum gravitatis aggregati ex aqua et terra est in medio firmamenti. Patet quia tale aggregatum est corpus grave et non impeditum; ergo movetur quousque centrum gravitatis eius sit centrum mundi. Consequentia tenet quia illud est de natura gravis. Sequitur correlaria quod totale aggregatum ex terra et aqua est in medio firmamenti.

La fig. 15 riprodotta dall'*Imago mundi* è la grafica rappresentazione di questa opinione del D'Ailly: dove, come dice la leggenda annessa alla tavola " *a* centrum mundi idem cum centro *b*; *b* centrum gravitatis terre et aque; *c* centrum terre „.

Contemporaneo dell'Alliaco è Prosdocimo dei Beldomandi († 1428) sulla cui vita e opera ha raccolto con gran cura il Favaro una messe abbondante di notizie (1). Nato in Padova fra il 1370 e il 1380 e nell'Università padovana laureatosi *magister artium* il 15 maggio del 1409 e indi in medicina, quivi stesso era eletto nel 1422 alla cattedra d'astrologia, che non abbandonò che con la morte avvenuta nel 1428. L'ampio suo commento della *Sfera* del Sacrobosco, che si conserva nel codice Vaticano 6001 citato dal Favaro e in un altro codice, pur Vaticano, segnato col nº 2121, dove passa per opera d'anonimo, e pubblicato dal Gaurico nella *Miscellanea di trattati cosmografici* edita dal Giunta nel 1531, che già più volte ebbi occasione di citare, si allontana dalla severa forma scolastica, ma è per vari altri rispetti pregevolissimo. Nel nostro caso, egli riassume con chiarezza le varie opinioni, e propende, a quanto pare, verso quella del Sacrobosco che l'acqua cioè, pur ravvolgendo tutta la terra lasciasse allo scoperto la quarta settentrionale perchè più atta era questa ad assorbirla in gran copia. Vero è peraltro che riferendo le opinioni altrui, commette Prosdocimo il grave errore di attribuire l'opinione professata, fra gli altri, dal D'Ailly al Campano e a Michele Scoto nelle cui opere non se ne trova vestigio alcuno. Questo errore è tuttavia per noi una fortuna, perchè ci fa chiari una volta di più che al tempo di Prosdocimo si parlava di eccentricità della terra e dell'acqua.

Notandum quod contra sententiam literae huius textus ac etiam omnium communiter in hac materia de elementis loquentium voluerunt aliqui quod nullum duorum elementorum inferiorum scilicet terrae et aquae faceret sphaeram de per se, ita quod quodlibet ipsorum esset corpus sphaericum, ut vult sententia litterac, sed voluerunt quod ex aqua et terra simul unica resultaret sphaera. Ad quod probandum talem persuasionem adducebant. Dicebant enim quod si aqua etiam sphaeram constitueret ipsam sphaeram terrae intra se contineret, ut dicit auctor in litera ac etiam clamat communis fama philosophorum, tunc sphaera aquae maior existeret quam sphaera terrae; hoc autem falsissimum esse ipsi dicebant; ex quo ergo illud sequitur scilicet litera nostri textus et communis fama philosophorum. Falsitatem autem praedicti consequentis sic declarabant. Nam si sphaera aquae maior existeret quam sphaera terrae et sic umbra ex qua causatur lunaris eclypsis maior esset umbra diametri terrae sive spissitudinis ipsius terrae; sed hoc est falsum, quoniam expertum est apud omnes astrorum sapientes umbram ex qua causatur lunaris eclypsis maiorem non fore umbra diametri sive spissitudinis sphaerae terrae. Fundamentum ergo istorum erat quod aqua ita faceret sive causaret veram umbram sicut terra, quod fundamentum probabant auctoritate nautarum per mare navigantium dicentium

(1) *Intorno alla vita e alle opere di Pr. de' B. matematico padovano del sec. XV*, nel " Boll. di bibl. e di st. d. sc. mat. e fis. „, XII, pag. 1 segg. *Id.*, Appendice, *Ibid.*, XVIII, 405 segg.

quod quanto magis ad profundum aquae se extendunt tanto maiorem inveniunt obscuritatem... Sed licet persuasio istorum satis evidens videbatur veritatem tamen non continet eo quod naturaliter graviora sue nature dimissa medium appetunt mundi ac ipsi medio quam plus possunt vicinum conantur. Ex quo sequitur quod tam terra quam aqua necessario figuram habent sphaericam ..... quod aqua ita veram umbram causat sicut terra hoc falsum est eo quod nullum corpus diaphanum sicut est aqua de se veram umbram causare potest..... si aliquam umbram causare videtur hoc est merito terrae *(come il piombo nello specchio).*

Quorum trium (elementorum) quodlibet terram orbiculariter undique circumdat nisi quantum siccitas terrae humor aquae obsistat ad vitam animantium tuendam..... Notandum quod causa quare pars terrae sit taliter aquis discooperta a diversis solet alia et alia assignari. Aliqui enim catholici leviter de hoc se expedientes, totum in divinam providentiam et benignitatem reducunt sic quod hoc miraculose et non naturaliter dicunt provenire. Alii sicut Campanus in suo computo versus principium (1) et Michael scotus in suo magno volumine quod ad novitios in scientia astrologiae compilavit (2) semper divina providentia praesupposita eo quod ipsa invita quum sit omnipotens nec hoc nec aliud permanere possit, ad hoc talem assignant rationem naturalem. Volunt n. isti quod omnes spherae elementorum sint mundo concentricae terra excepta quae mundo non est concentrica. Sed in tantum centrum magnitudinis terrae a centro mundi magis elongata supra aquas elevatur et sic remanet aquis discooperta. Causam autem talis eccentricitatis terre talem assignant. Dicunt enim terram in suis partibus valde fore difformem sicque ipsius magna pars est valde rara et multis cavernositatibus plena et alia pars multum densa cavernositatibus omnino carens et ulterius ducunt quod pars rara multum maior est parte densa quantum ad ambitum et cum ille cavernositates etiam aere repleantur levificatur illa pars terrae rara propter aerem illis cavernositatibus interclusum suum locum naturalem qui est super aquam et terram appetentem et tamen quod tota terra taliter infra alia elementa collocatur quod centrum eius magnitudinis multum a centro mundi, quod etiam gravitatis terrae centrum existit elongatur ex qua elongatione insurgit eminentia terre supra aquas sic quod quaedam pars terrae aeri immediatur necnon et eccentricitas ipsius terrae ut dictum est. Sed quod terra sit huiusmodi cavernositatibus plena patet per Aristo. 23ª particula suorum problematum, problemate quinto, ubi volens reddere causam quare existente maxima serenitate et tranquillitate in mari quandoque subito submerguntur naves absque ipsarum navium maculatione aliqua, dicit enim harum submersionum causam fore terrae cavernositates in quibus multum de aere intercluditur quo excluso terra vi aperta et locum supra terram et aquam appetente cum sit elementum illius levius ne inde vacuum consequeretur cavernositatem illam aere evacuatam subingreditur aqua cum maximo impetu et si talis cavernositas magna reperiatur fit subita in mari tanta aquae commotio et maxime in parte maris illi cavernositati superposita quod si etsi naves reperiantur sine mora immaculate (immediate?) submerguntur. Alia autem assignatur causa a petro aponensi conciliatore. Dicit enim praedictus Petrus paduanus in suo *Conciliatore* differ. 13ª quod sunt quaedam stellae fixae iuxta polum arcticum, quae compellunt mare oceanum et prohibent ne cooperiat totam terram; nec est inconveniens aliquod hoc tam diu durare donec talis influentia et terra et mare permanebunt datum quod sit violentum, quoniam nullum inconveniens est aliquam violentiam a superioribus conservatam perpetuari violentato et influentia ipsam vio-

---

(1) Il *Computus major* del Campano, che si legge nelle già citate antologie di trattati e commenti sulla *Sfera* edite a Venezia nel 1518 (*Sphaera mundi noviter recognita* e *Sphaera cum commentis* e nell'antologia Casanatense già pur citata senza n. d. l. d'a. e di tipogr., non contiene cosa alcuna che possa dar ragione di quest'asserzione di Prosdocimo. G. B. Capuano nel passo che riferiremo dimostra più senso critico, dicendo che questa opinione *tribuitur Campano.*

(2) Antiche edizioni e antichi codici della *Sfera* del Sacrobosco, cominciano per lo più con questa leggenda iniziale: " Noviciis adolescentibus ad astronomicam rempublicam capessendam aditum im- " petrantibus, pro brevi recto que tramite a vulgari vestigio semoto, Joannis de sacro busto sphe- " ricum opusculum „ ecc. D'ordinario l'opera del Sacrobosco è accompagnata da varie altre e specialmente dalle *Teoriche.* Si spiega quindi l'errore di Prosdocimo. Il commento dello Scoto alla *Sfera,* di cui ho già descritto la edizione, costituisce un magro volumetto.

lentiam conservante perpetuatis. Alii autem ad hoc aliam assignant causam et dicunt quod ultra nonam sphaeram quae primum mobile nominatur est assignanda sphaera decima immobilis quae est causa multorum hic inferius provenientium quae aliter quam per sphaeram decimam salvari non possunt. Dicunt ergo isti quod ab ista sphaera decima et maxime a parte ipsius sphaerae decimae quae est versus polum arcticum provenit quidam influxus qui prohibere habet ne mare oceanum totam terram cooperiat; et maxime partem illam quae est versus polum arcticum. Dicunt etiam isti quod propter diversas influentias diversarum portionum seu partium ipsius sphaerae decimae immobilis solvatur permanentia diversitatis idiomatum in eisdem partibus et similem causam etiam affirmaverunt ponentes undecimam sphaeram et etiam ponentes duodecimam ut habitum est supra. Alia autem est opinio autoris nostri in litera et aliorum multorum suae opinionis qui voluerunt causam huius existere terrae siccitatem, ut apparet in litera textus. Volebant namque isti quod terra sua siccitate et maxime in parte ipsius discooperta aquis quae siccissima est, aquam absorbet, nec dimittit se ab ipsa aqua cooperiri. Et si diceres quare est quod terra in tali parte est magis sicca quare in alia parte, ad hoc responderent isti de hac opinione quod deus et natura pro tuenda vita quorumdam animalium dedit uni portioni terre talem maximam siccitatem ut propter ipsam se defenderet ab aquarum copertura . . . . . et magis dedit hoc parti septentrionali quoniam nobilior est pars septentrionalis, et magis dedit uni quartae ipsius terrae quam portioni maiori quia videbatur ei sufficere ad conservationem horum animantium, et magis dedit hoc versus polum quam sub torrida zona vel prope circulariter ut in hac parte terrae aquis discoperta reperirentur medium et extrema. . . . . propter diversa in hoc mundo producta et producenda (1).

Un altro matematico dello Studio Padovano, Francesco di Manfredonia († 1490 circa) (2) che ascrittosi ai canonici regolari, cambiò il suo nome in quello di Giovanni Battista, commentando anch'egli la *Sfera* dell'Holywood, non mostra di preferire più un'opinione che un'altra delle parecchie che solevano addursi a spiegare l'emersione della terra; ma tutte, insieme prese, finisce per credere possano concorrere all'effetto desiderato. Egli peraltro, al pari di tutti gli altri cosmografi, ignora affatto la soluzione data nella *Quaestio*.

Dubitatur utrum aqua habeat figuram rotundam et similiter reliqua elementa. Videtur quod non: 1° Eadem est natura totius et partium in homogeneis, sed partes aquae habent superficiem superiorem planam; 2° si aqua esset rotunda, circumdaret undique totam terram et cooperiret, quod falsum est. Probatur consequentia. Terra enim rotunda est et habet centrum cum mundo, ut dictum est; si etiam aqua esset rotunda, haberet idem centrum, cum videamus eam fluere ad inferius, sed non est possibile duos circulos inequales super idem centrum descriptos se secare, immo maiorem necesse est totaliter continere et circumdare minorem. Sphaera aque est maior quam terrae et ambae istae habent idem centrum, oporteret (si aqua esset rotunda) undequaque circumdare et totaliter continere terram. 3° quia ignis non habet figuram rotundam . . . . . In ista quaestione est dicendum sicut in parte habetur in 3° *de coelo* ab Arist. quod fuit opinio Platonicorum quod elementa haberent naturaliter figuras angulares non autem sphaericas. Quorum ratio potuit esse quod numerus essentiarum aequalis est numero corporum regularium. Haec opinio diffuse confutatur 3° *Coeli* . . . . . Alii vero fuerunt qui dicebant quod bene terra est rotunda et consequenter aqua quoad superficiem eius concavam, sed quantum ad superficiem eius convexam esset ovalis figurae cuius longitudo est a polo ad polum, quorum ratio est, quia dicebant sub polis ob magnam frigiditatem multum generari de aqua et sub aequinoctiali ac torrida zona corrumpi, quia semper sol est in illa praesens, ideo

(1) Prosdocimi de beldomando patavini *Super tractatu sphaerico commentaria* nuper in lucem diducta per L. Gauricum nunquam antea impressa, in: *Sphaerae tractatus*, Venezia, 1531, cc. 7 *r*-8 *r*.

(2) Cfr. G. Pennotto, *Generalis totius sacri Ordinis Clericorum Canonicorum historia tripartita*, Romae, 1624, in-f°, pag. 792.

aqua altior reperitur sub polis, ideo ex hoc concludebant figuram ovalem ..... Sed positio haec non continet veritatem, non enim elementa habent tantam difformitatem quod habeant figuram ovalem eo modo quo isti dicunt; licet enim plus de igne generetur in zona torrida quam sub polis, ut dicunt, tamen non remanet ibi ignis ..... quia de sua natura, est aequaliter removeri a centro ..... Similiter dicendum est de aqua, cuius natura est descendere et fluere ad locum decliviorem et aequaliter appropinquare centro, quod non ageret si esset altior sub polis, unde licet plus generetur de aqua sub polis, tamen inde continuo fluit versus zonam torridam et ita tendit ad rotunditatem ..... Alii etiam voluere quod omnia elementa habeant figuram rotundam, sed tamen aqua non habet aliam rotunditatem a terra sed haec duo elementa simul facerent unam sphaeram non duas, ita quod aliam sphaeram faceret terra et aliam aqua. Quod probabant: nam dicebant quod si aqua faceret aliam sphaeram a sphaera terrae quae esset maior ambiens et continens sphaeram terrae sicut autor in littera supra dixit, tunc sphaera aquae faceret aliam umbram imo maiorem quam facit terra, quia corpus quanto est maius tanto maiorem facit umbram ..... [*il che è dimostrato falso dall'osservazione dell'ecclissi di luna. Dimostravan poi essi che anche l'acqua facesse ombra dall'esperienza dei navigatori che* " quanto ad profundiorem aquam in mari venerunt, tanto maiorem invenerunt obscuritatem "].

Sed opinio haec est contra naturalem rationem: aqua enim est multo maior quam terra, ut secundo *de generatione*, non enim potest esse totum elementum aque imbibitum vel inclusum in ipsa terra sed oportet quod faciat sphaeram per se maiorem multo quam sphaera terrae, non enim est possibile quod corpus maius includatur in venis et vallibus corporis minoris. Nec etiam illud potest stare, quia graviora tendunt deorsum (1° *de coelo*), terra autem est gravissima, quare oportet quod sit in centro mundi et sub aqua, non igitur potest esse quod totum aggregatum ex terra et aqua quae habeant centrum mundi immo medium terrae est in medio mundi. Ratio autem illorum falsa est, aqua enim non facit umbram ..... Nautarum autem experimentum procedit ex ignorantiae causa, non enim accidit ob hoc quod aqua faciat umbram sed propter aspectum ad fundum maris quod est obscurum ..... Quare dicendum erit quod elementa non sunt rotunda regularia. Secundo quod sunt rotunda irregularia. Primum probatur et de terra dictum est supra, de aqua patet etiam quia fluit continue et refluit et movetur multis aliis motibus secundum quod a ventis agitatur ..... Secundo probatur; figura dignissima non debetur nisi corporibus nobilissimis; elementa autem non sunt huiusmodi, quia sunt passiva et corruptibilia ..... Secundum probatur et primo de aqua ..... Ego audivi a multis qui his nostris temporibus ab Hispania et partibus occidentis navigant mare oceanum pervenientes in loca unde asportant aromata multa et referunt occultari ibi polum borealem ..... Secundo ut probat Ptol. 1° *Almag.* cap. 4 ..... Contingit multotiens quod navigantes sunt in mari intantum elongati a terra quod nihil vident in ea, qui appropinquantes terre incipiunt videre summitates montium ..... Tertio et est ratio demonstrativa et per causam. Arist., *de coelo*, text. 31 ..... Est tamen sciendum quod licet tam corpora coelestia quam elementa habeant figuram rotundam, diversimode tamen quia figura rotunda est et competit coelo essentialiter, quia est ab eo inseparabilis, ut dicit Averrois 2° *de coelo*. Sed elementis non competit essentialiter, quia aliter non possent esse sine figura rotunda, quod falsum est, cum partes eorum non habeant nisi raro figuram rotundam, sed ut plurimum figurantur secundum terminos continentis. Essentialiter ergo vel naturaliter quantum ad esse eorum nullam sibi determinant figuram ut vult philosophus 3° *coeli* contra Platonem quia ita bene possent conservari cum figura rotunda quam cum qualibet alia figura. Sed figurantur figura rotunda quantum ad situm quia non possent locari in locis naturalibus per aequidistantiam a centro et ab orbe nisi per figuram rotundam . . . .

Ad rationes ante oppositum ..... Aque in vase ..... in superficie superiori ..... non potest percipi figura rotunda propter parvitatem aque ..... Ad 2^am ..... dicitur quod duplex est causa quare aqua non circundat terram undique: prima causa est finalis quam assignavit Autor supra, propter vitam scilicet animantium et respirantium ..... Causa efficiens multiplex solet assignari, ut inquit Conciliator *differentia* 13, art. I. Quarum prima est quod terra non est per totum uniformis gravitatis, sed una pars magis gravis quam alia, cuius causa est quia in una

parte est magis densa et spissa non habens porositatem et cavernositates, in reliqua vero porosa et plena cavernositatibus, quare centrum magnitudinis non est centrum gravitatis eius, ideo existente in medio mundi per centrum gravitatis, pars levior supereminet aquis ex eo quod multum distat a centro mundi et ita remanet discooperta aquis. Haec causa attribuitur Campano, quae posset improbari quia non videtur verisimile quod terra ex hac parte qua remanet discooperta habeat tantam levitatem ut possit supereminere aquae quae est multo maioris quantitatis quam terra, secundum quam quantitatem deberet multum elevari super terram, ideo multum videtur mirabile quod terra elevatur super aquam et non amittat rotunditatem. Secunda causa quam dat est quod in polo arctico sunt quedam stelle retinentes per influentiam suam aquam ne fluat in hanc partem et cooperiat terram, quam certe cooperiret nisi ab illis astris detineretur. Haec etiam impugnatur, quia de natura aque esset ut flueret ad locum suum circa terram, tamen non fluit quia detinetur ab illis stellis, ergo impeditur a moto et loco suo naturali et consequenter violentatur, quod falsum est quia nullum violentum perpetuum, 1° *de coelo*. Etiam videtur non posse attribui astris tantam virtutem vel potentiam ut retineant elementum extra proprium locum naturalem. Tertia causa est quod terra in hac parte discooperta est multum arida et sicca quo fit ut imbibat et absorbeat aquam, ideo non cooperitur. Haec videtur opinio Autoris qui supra dixit quod tria elementa circumdant terram undique orbiculariter etc. Nec haec videtur rationi consona, ut terra quae est minor elemento aquae absorbeat tantam aquae quantitatem, nam etsi terra esset plena aqua adhuc deberet tegi et coperiri ab ea. Nec forsitan Autor verba illa dixit, causam assignare intendens, sed praesupposita causa quam silet, dicit *terrae siccitatem*, quia vere sicca remanet ex quo non inundatur aquis et quia est sicca ideo contrariatur aquis et consequenter dicit *obsistit*. Quarta causa quam dicit est quod aqua in hac parte consumitur a radiis solaribus et ideo terra remanet sicca. Sed nec hoc est verisimile quod sol consumat tantam quantitatem aque antequam alia fluat. Secundo quia ita etiam deberet consumere in parte opposita, scilicet in circulo medie noctis, per quam quotidie sol motu diurno transit sicut per istam discopertam, et demum sequeretur quod non remaneret aqua nisi sub polis et zonis frigidis sub zona autem torrida et duobus sibi adiacentibus circumcirca consumeretur a sole, quod non est credibile quia parum de aqua remaneret. Cum igitur nulla dictarum causarum per se sit sufficiens ad hoc quod aqua non circundet terram undique videtur mihi quod causetur talis effectus ex omnibus his causis vel pluribus earum, nam non est remotum quin effectus qui non potest ab una tantum causa produci possit a pluribus procedi. Dico igitur cum Arist. et Alberto Magno 2° *metheor*. quod sub polo boreali vel arctico aqua est multo altior quam in partibus nostris, quia ibi ob magnam et intensam frigiditatem propter solis distantiam sensatam aer multum condensatur et corrumpitur et generatur aqua, ideo ibi est aqua adeo profunda quod videntur esse montes aquarum, unde continue fluit ad loca decliviora, quod manifeste percipitur per sensum, nam videmus aquam fluere a septentrione ad austrum versus. Nec dici potest quod ibi aqua violenter detineatur, quod est inconveniens quod sequebatur ad 2^{am} causam . . . . . quia ibi aqua non quiescit sed movetur fluens ad suum naturalem situm, elementum namque generatur extra suum locum et movetur ad illum naturaliter. Et licet continue fluat ad hanc partem quae est discooperta aquis non cooperit eam quia calor solis et stellarum et forsan aliqua alia caelestis et occulta influentia vigens in hac parte facit evaporare et consumit eam et in aerem vel ignem convertit ut dicit quarta causa. Hoc etiam adiuvat quia haec portio terrae discooperta facta est levior rarior et magis porosa et cavernosa quam sint reliquae partes eius a radiis solaribus et aliorum siderum continue eam verberantibus, quo fit ut hac causa sit aliquantulum altior. Non enim idem est centrum gravitatis et magnitudinis ut dicit prima causa; etiam absorbet aquam in suis cavernositatibus et poris ut vult tertia . . . . . Quod Deus gloriosus et benedictus et natura quae nunquam deficit in necessariis ordinavit ad conservandum mundi uniformitatem et decorem et de terra et aqua praecipue propter vitam animalium respirantium (1).

---

(1) *Expositio in Sphaera*, c. 74 *r*-76 *r* degli *Sphaera tractatus*, Venezia, Giunta, 1581.

Pietro Cirvelo di Daroca nell'Aragona, di cui il Jöcher (1), l'unico, a mia notizia, che ne parli, non ci sa dir altro se non che fiorì nella prima metà del secolo XVI, e che fu teologo, filosofo e matematico, addottoratosi in Parigi, e canonico e professore di teologia in Salamanca, nel commento alla *Sfera* edito per la prima volta a Parigi nel 1498 (2), alle due cause dell'emersione della terra, l'efficiente *(siccità della terra)* e la finale *(conservazione della vita degli animali)*, ne aggiunge una terza, che veramente non è che un'amplificazione della seconda *(perchè i corpi misti ossia composti di terra, d'acqua e d'aria stessero in luogo ad essi conveniente)*. Ma nel corso della quistione ne tira fuori una quarta, astrologica *(influsso di alcune stelle settentrionali)* e una quinta, teologica, che attribuiva la cosa a miracolo divino. Così egli dovette credere d'aver trovato modo di contentar tutti.

Facit exceptionem de elemento aque dicens quod aqua circulum non complet neque est omnino rotunda, cuius duas causas assignat: Unam efficientem sed naturalem ex terre siccitate que continuo in humidum aqueum agens aquam diminuit vel saltem ei resistit, ne possit totam terram cooperire nec figuram circularem complere; alteram causam assignat finalem et supernaturalem, scilicet divinam providentiam que sic voluit aquam dimittere ne totam cooperiret terram propter vitam quorumdam animalium tuendam. Ut enim dicitur in 2° de generatione omnia fere mixta supra terram sita esse oportet eo quod in omnibus eis superabundat terra; quedam autem istorum sub aquis diu durare non poterant videlicet animalia sanguinem habentia, talia enim omnia respirant ad cordis et sanguinis refrigerium ut dicitur in 2° de anima (pisces autem sanguinem non habent nec respirant, aliquem tamen humorem habent sanguinem proportionalem). Ideo oportuit aliquam partem terre discoopertam mansisse in mundi creatione, ad talium animantium vitam conservandam. Quidam autem aliam terciam causam huius rei assignant, quia unumquodque maxime est in loco sue nature conservande proportionato, in omnibus autem mixtis superabundant tria elementa, terra scilicet aqua et aer. Locus igitur

---

(1) *Allgemeines Gelehrten-Lexicon*, Lipsia, 1751, alla parola indicata.

(2) Il frontispizio, ornato di bella inquadratura in legno, ha: “ Uberrimum sphere mundi | com- “ mentum intersertis etiam questio | nibus domini Petri de Aliaco „. In fine (c. segnata n iiii *r*) si legge: “ Et hic est finis huius egregii tractatus de sphera mundi Johannis de sacrobusto anglici “ et | doctoris parisiensis, Una cum textualibus optimisque additionibus ac uberrimo commentario.| “ Petri ciruelli darocensis ex ea parte Tarraconensis Hispanie quam aragoniam et celtiberiam dicunt “ ori | undi Atque insertis persubtilibus questionibus reuerendissimi domini cardinalis Petri de aliaco “ inge | niosissimi doctoris quoque parisiensis. Impressum est hoc opusculum anno dominice nati- “ uitatis | 1498. in mense februarii parisius in campo gallardo oppera atque impensis magistri “ guido | nis mercatoris „. In-f° picc., s. n., con segn. nei quad. *a-n*; car. got. con differenza fra il testo, che s'avvicina alla *littera parisiensis* e il commento che è in *littera bononiensis*; linee 51 per pag.; con silogr. Un esemplare di questa rara edizione si conserva nella biblioteca Vaticana, e da essa ho ricopiato il passo che a noi importa. — D'un'altra edizione, rara anch'essa e anch'essa con frontispizio vagamente ornato, si conserva nella biblioteca Vittorio Emanuele un esemplare appartenuto al duca Vespasiano di Sabbioneta. Eccone una breve descrizione. Il front. ha: “ Habes “ lector Johannis de sacro busto sphere | textum una cum additionibus non aspernendis Pe | tri “ Ciruelli. D. (a vero tamen textu apparenter distinctis) cum ipsiusmet sublimi et lucu= | lentissima “ expositione aliquot figu | ris nouiter adiunctis deco | rata. intersertis preterea | questionibus domini “ Pe= | tri de Al | liaco. | Omnia peruigili cura ad amussim | castigata. Et rursus coimpressa | Venun- “ dantur Parrhisius a Joanne Par= | uo in vico diui iacobi sub signo Lilij aurei „. In-f°, di c. 81 num. (iii-lxxxi), s. rich., con segn. aii-oii; car. got., due col., linee 62 per pag., iniz. a fiorami, con silogr. nel testo, nel front. l'impresa di Jean Petit (due leoni rampanti attorno a uno stemma che porta le iniziali J. P., e sotto Jehan Petit. È una riproduzione fedele dell'edizione di Parigi del 1498. A c. 5 *v*, una grande immagine in legno della sfera con sotto l'Astronomia seduta, a destra Urania, a sinistra Tolomeo. A c. 72 *v*, col. 2ª si legge, come nell'ed. del 1498: “ Et sic est finis huius egregij “ tractatus, etc. Impressum est hoc opusculum Anno | dominice natiuitatis. 1515. in mense Augusti “ Pa | risius Impensis Johannis Lilij au= | rei „.

omnium terre mixtorum debuit esse ille in quo concurrunt hec tria elementa: hiis enim maxime natura mixtorum conservatur; hic autem locus dari non posset nisi terra alicubi esset aquis discooperta.

Circa hoc est notandum quod licet 2ª harum causarum indubie sit vera, nam hoc expresse habetur in sacra scriptura *Genesis*, I: *divisit Deus aquas ab aquis* etc., et paulo post: *Dixit Deus congregentur* etc., tamen de 1ª causa, quam auctor assignat, magna incidit ambiguitas, tum quia omnis actio fit a proportione maioris inequalitatis agentis ad passum ut dicitur in 1° de generatione, terra autem multo minor est aqua unde non videtur probabile quod tantula terra tantam aquarum multitudinem possit a se propellere. Tum eciam quia quereretur ab auctore quare magis ex ista parte quam ex opposita terra obsistit aque, cum tamen ipsa sit corpus homogeneum et similis nature et virtutis in omnibus suis partibus. Unde difficile videtur per naturam causam huius rei assignare. Nisi forte diceretur ut aliqui dicunt quod terra non solum propriis viribus sed eciam a superioribus corporibus valde adiuta et corroborata hanc aquarum propulsionem causat seseque discooperit. Dicunt enim ii quod in parte septentrionali iuxta polum nostrum sunt quedam stelle de natura saturni frigide et sice, ille scilicet que sunt in duobus ursis et drachone ut apparet in Almagesti (*sic*) Ptholemei regis egipti et in tabulis Alphonsi hispaniarum et romanorum regis, quarum quidem stellarum assiduis impressionibus influentiisque siccitas terre fortificata aquas in oppositam partem movet, unde semper terra in parte septentrionali detecta remanet. Et per hoc posset responderi ad dubium et ad predicta argumenta. Ad 1um diceretur quod terra sic fortificata se habet in proportione maioris inequalitatis in sua actione ad aquam. Ad 2um similiter diceretur qd in alia parte celi non sunt stelle tales nec taliter se habentes ad terram sicut in parte septentrionali. Unde Arist. forte hac ratione motus dicit in 2° meth. quod tota habitatio versa est ad arctum.

Et si aliquis adhuc instaret quod non videtur probabile si deus a principio totam terram coopertam aquis reliquisset eisdem tamen stellis eiusdemque virtutis et in eadem parte celi existentibus cum concursu etiam generali dei quod per actionem naturalem siccitatis terre in humidum aqueum aque maris potuissent sic expelli et terra discooperiri; diceretur quod forte fuisset possibile terram sic naturaliter discoopertam fuisse aquis, et tamen illo admisso non sequitur stellas istas non concurrere aut non coagere ad prefatam terre discooperitionem. Possibile enim est quod deus sua infinita potentia primum terre discooperitionem fecerit sed post hanc factam ad eius conservationem has secundarias causas subdelegavit; ut enim ait Augustinus, deus super naturaliter omnia condidit, permittit tamen ea naturaliter operari. Vel potest dici ut aliqui volunt quod terra non est in medio firmamenti precise quoad centrum sue magnitudinis, ideo non totaliter aquis est cooperta non quidem quia ipsa aquis resistat sed potius quia gravitas aque eam a medio expellit; unde isti aquam in loco suo concedunt non terram, primi vero e contra. Si tamen iste modus dicendi alicui non placeret poteret dicere quod hec terre discooperitio non solum miraculose et supernaturaliter incepit, sed etiam miraculose in esse conservatur propter vitam quorundam animantium tuendam, et quod nulle vires quarumcumque causarum naturalium ad hunc effectum sufficiunt; et hoc videtur sacra scriptura innuere *proverbiorum* octavo, cum inquit: *Quando circundabat mari terminum suum* etc., et in *psalmo* 103: *Posuisti terminum quem non transgredientur* etc.; ex quibus duobus passibus videtur terre discoopertio non solum in fieri sed etiam in conservari a sola dei potentia dependere et quod miraculum est quod aqua non cooperiat terram (c. 14 *v*-15 *r* dell'ediz. di Parigi del 1498).

21. *Ultimi trattatisti del secolo XV.* — Sul finire del secolo XV e sul principio del seguente l'opinione della concentricità della terra e dell'acqua è sostenuta da un filosofo Averroista, competitore a Padova del Pomponazzi, Alessandro Achillini; e da un cosmografo di gran fama, Giovanni Stoefler, ma rigettata dal certosino Giorgio Reisch, la cui celebre *Margarita Philosophica* emulò in fortuna le più diffuse enciclopedie medievali (1). La fig. 20 della nostra Tavola che nell'edizione di Basilea del 1517,

(1) Di lui dice l'Humboldt (*Examen critique de l'hist. de la Géogr. du N. Continent*, t. I, Parigi,

in-8°, accompagna il cap. 42 del trattato 1° del lib. VII, può dar un'idea dell'opinione del Reisch. Era necessità, secondo lui, per la medesima ragione addotta da Pietro D'Ailly e combattuta dall'autore della *Q.*, porre la diversità dei centri:

Necessitas autem ponendi centrorum diversitatem ex eo sumitur quod terra aquis discooperta levior est quam pars terre aquis circundata; et terra discooperta madefacta mox rursus exiccatur et levior fit. Ideo centrum gravitatis ipsius non idem esse potest cum centro magnitudinis eiusdem, sed in diametro terre magis versus circumferentiam et partem hanc tendit que aquis tegitur. Aque etiam magis ad hanc partem tanquam centro mundi magis proximam congregantur. Ex illo concluditur terram esse in continuo motu locali quo partes remotiores centro gravitatis eius se aliis aequari nituntur. Totius tamen est una superficies convexa nec aqua terre superficiem supergreditur, sed in concavitate eam per medium quasi diluit et circumdat, sacra attestante Scriptura: *Abyssus sicut vestimentum amictus eius* et rursus: *Terminum eis posuisti quem non transgredientur nec convertentur cooperire terram* (c. tij *v*).

Del fatto si assegnan diverse cause: Albumasar nel secondo libro del Maggior Introduttorio all'Astronomia pone che " luna habet virtutem connaturalem ad attra-" hendum ad se aquas maris sicut magnes trahit ferrum „ mentre secondo altri ciò avveniva " propter diversitatem angulorum quos faciunt radii lunae super aquas in " principio ortus lunae et in medio coeli existentis „. Ma sì per gli uni che per l'altro

(1) *Quaestiones Reportatae*, quest. 2ª, diss. 14ª, Scholium, t. XI, delle *Opere*, ed. di Lione, 1639, pagg. 40-41.

(2) *Meteor.*, lib. I, quaestio 13ª, art. 3°, *De proportionalitate elementorum*, t. III, delle *Opere*, edizione lionese del 1639, pag. 29 segg.: " 2° Arguitur ad conclusionem: aqua est minor terra; igitur " elementa (non sunt continue proportionalia). Consequentia tenet, quia si essent continue propor-" tionalia tunc quanto ignis esset maior aere, aer maior aqua et aqua terra. Antecedens probatur, " quia aqua et terra non simul causant maiorem umbram quam terra de se sola causaret; igitur " aqua non est maior terra. Consequentia tenet quia a maiori corpore causaretur maior umbra. Et " antecedens patet quia per demonstrationes astrologicas potest sciri quantitas diametri solis et " distantia lunae a sole etc. 3° Nam sequeretur quod tota terra (esset cooperta aquis). Consequens " est contra experientiam. Probatur consequentia quia si imaginaretur terram esse extra locum suum " et aquam esse in centro, tunc, si terra descenderet antequam centrum eius fieret centrum mundi, " ipsa tota esset submersa, cum aqua sit maior ea et de facto non minus submergeretur cum aqua " non sit minor quam nunc esset. Sed posset dici quod terra ponitur quasi sub una parte centri " mundi et aqua sibi ponderat ab alia parte. Sed contra; quia si sic sequeretur quod mare continue " profundaretur a terra. Consequens est falsum ut patet per experientiam; 2° quia terra nata est " naturaliter esse sub aqua; igitur aqua non contraponderat sibi ab opposita parte; 3° quia aggre-" gatum ex terra et aqua non esset sphaericum. Consequens falsum quia eius umbra est sphaerica „.

(3) Dico così, perchè non so capire in che senso si possa, come fa il dott. Vincenzo Russo (*Per l'autenticità della " Quaestio de Aq. et Ter. „*, Catania, 1901, pag. 10), asserire rispetto a Brunetto, a Ristoro e al Bellovacense che " costoro non discutono se l'acqua sia più alta per eccentricità o " per gibbosità, ma affermando che il centro della terra è anche centro dell'universo, ammettono " implicitamente che la causa è la gibbosità dell'acqua, contro la quale ipotesi argomenta con rigore " di logica il primo assunto della *Quaestio* „. Invito il sig. R. a disegnar la figura corrispondente, per mostrare la somiglianza delle opinioni. Lo Schmidt (*Ueber Dante's Stellung in der Gesch. der Kosmographie*, Graz, 1876, pag. 6, nota 2ª) che ci si è provato, è riuscito a tracciare una figura ben differente dalla seconda figura della *Quaestio*.

ille tumor circuit totam terram in tanto tempore quanto luna circuit suum orbem per motum firmamenti, scilicet 25 fere horis..... et tumor aquae in totidem horis circuit totum oceanum regulariter, et si tamen irregulariter accidat fluxus in maribus mediterraneis et fluviis. Ratio est quia inundatio aliorum marium venit in isto tumore oceani in directo alicuius regionis et tumore oceani in directo motus lunae; pars autem aquae eiusdem tumescentis in oceano fluit ad locum et alveos humiles vicinos propter naturam gravitatis aquae et fluunt tunc maria mediterranea. Recedente autem luna ab illo aspectu vel situ recedit tumor praedictus et per consequens in loco oceani ubi prius fuit aqua eminentior quam in mari et in fluminibus mediterraneis iam per recessum illius tumoris fit aqua ibidem humilior terra (1).

A differenza dello Scoto, ampiamente svolge la quistione, non nascondendo la sua preferenza per la soluzione scotistica, ma in pari tempo non tralasciando di riferire per disteso e combattere talora le varie soluzioni date dagli altri, uno scotista della seconda metà del sec. XIV, Marsilio Ingen, nelle sue *Physic. Quaestiones* attribuite già allo Scoto, ma da Bartolomeo Amico e da Antonio Rocco rivendicate con ragione al discepolo. Egli non conosce la soluzione data nella *Quaestio*, ma sa che alcuni ricorrevano all'eccentricità dell'acqua; conosce, ma stranamente sfigura il Campano; nè gli sfugge l'opinione, già da Aristotele combattuta, di coloro che non ammettendo, come il Filosofo fece, la perpetuità del mare e dell'evaporazione, avevan creduto che la terra si fosse venuta scoprendo per via del calor solare che parte dell'acqua convertì in aria.

In quaestione primo videbitur, quare aliqua pars terrae est cooperta aquis, et alia discooperta quia propter hoc est difficultas quaestionis praesentis. Secundo videbitur de quaesito.

De primo, dixerunt aliqui quod causa est ista; quia aliquando circumdabat sphaerice terram. Sed postea per activitatem Solis ista pars, quae est discooperta aquis, dissecabatur propter consumptionem aquae; et tunc residuum non sufficiebat ad cooperiendam totam terram: et istam opinionem improbat Aristoteles 2. Metheororum.

Alii dixerunt, quod causa est propter salutem animantium, quae non possunt vivere infra aquam. Ideo propter ipsa natura ordinavit unam partem terrae dessiccatam. Sed ista via bene assignat finalem causam, sed non assignat causam efficientem illius dessicationis, aut modum dessicandi. Modo hic quaeritur de efficiente, et difficultas huius est, quia ex quo tam aqua, quam terra sunt sphaericae figurae, ut patet secundo Coeli text. 26 et 30, et aqua nata est superstare terrae; igitur non est ratio, quare plus circumdet unam partem terrae, quam alia.

Et tertia via respondens ad hoc ponit isto modo, quod terra, et aqua se intersecant ad invicem, ita ut ipsarum non sit idem centrum, sed centrum terrae est magis sursum versus partem discoopertam aquis; modo quanta pars terrae intersecatur per sphaeram aquae, tanta pars remanet desiccata. Contra istam viam arguitur: quia idem est centrum gravitatis mundi; igitur idem est centrum eius aquae, et totius terrae. Secundo sequeretur quod terra habitabilis, vel saltem non cooperta aquis, esset figurae circularis; consequens est falsum, ut patet secundo Metheororum; quia terra habitabilis est magis longa, quam lata; immo eius longitudo se habet ad latitudinem, sicut quinque ad tria. Consequentia probatur quia omnium sphaerarum se invicem intersecantium sectio sit secundum circulum, ut patet ex primo Theodosii de Sphaeris.

Quarta via est, quam ponit Campanus in tractatu suo de *Sphaera*; pro qua supponitur, quod terra quantum ad omnes partes sui non est eiusdem gravitatis, immo aliquae sunt graviores et aliae minus graves, ut patet ad experientiam. Et ideo Seneca, in libro de naturalibus quaestionibus, distinguit triplicem speciem terrae secundum gravitatem, ita ut gravior pars sit deorsum, et super illam pars minus gravis, et iterum pars minus gravis, in qua scilicet gene-

(1) *Scriptum... super 2° Sententiarum,* Diss. 14, quaest. 3ª, Lione, 1530, c. 143 *v.* — Lo stesso ripete press'a poco nelle *Quaestiones reportatae Parisienses,* t. XI delle *Opere,* ediz. di Lione 1639.

rantur plantae et infra quam descendit aqua pluvialis. Ex istis sequitur secunda suppositio, quod non est idem centrum gravitatis terrae, et magnitudinis eius, et istis suppositis ipse imaginatur de terra, quod stat infra aquam ad modum unius columnae, cuius pars inferior est undique circumdata aqua, sed supereminet aliqua pars, quae vocatur facies terrae; verbi gratia, in exemplo illo, si imaginemur quod unus clavus equi ponetur in centro terrae, tunc modicum de magnitudine esset, ab aliqua parte centri, a qua esset caput clavi propter gravitatem capitis infra alias partes; ita consimiliter imaginetur de terra infra aquam et in centro.

Contra istam viam arguitur unico medio; quia si ita esset, quod terra sic supereminerct, sequeretur, quod omnis aqua infra terram discoopertam aquis, continue moveretur ad alias aquas, scilicet ad illas, quibus terra supereminerct; consequens est contra experientiam, quia maria non moventur alicubi, sed quiescunt infra concavitates terrae. Consequentia probatur, quia omnis aqua infra terram supereminerct illis aquis, modo de natura aquae est, quod vadat ad locum decliviorem.

Quinta via est, quod aqua est multo minor, quam sit terra: nec est alicubi nisi infra concavitates terrae. Et istud patet ex hoc: quia habita quantitate terrae, et eius diametro, per Astrologiam potest inveniri quantam umbram causaret terra sola in eclipsi lunae; et modo de facto non potest inveniri, quia non causatur maior umbra in eclipsi lunae ab aggregato ex terra, et aqua quam fieret solum a terra; quod non esset nisi aqua contineretur infra terram et esset minor terra.

Ex istis sequitur, quod quatuor elementa non sunt continue proportionalia, quia aqua est multo minor quam terra, quae tamen in illa continua proportionalitate ponitur maior. Et si dicatur, ponatur tunc, quod aqua sit minor terminus illius proportionalitatis, dico adhuc, quod non essent continue proportionalia, quia in multo maiori proportione excederet aër terram, quam terra aquam. Istae sunt viae quibus salvatur unam partem terrae esse coopertam aquis, et aliam discoopertam, et forte potest probari istam ultimam viam esse aliquo modo contra fidem: ideo eligatur quae via magis placet: et hoc de primo (1).

Nel *De proprietatibus rerum* di Bartolomeo Anglico di Glanvilla, che secondo il Wadding (2) fiorì verso il 1360, non si fa parola della controversia dell'acqua e della terra. Ma è ciò ben naturale trattandosi d'un enciclopedista (dalle enciclopedie, come abbiam visto per il libro di Sidrac, non si può cavare alcun costrutto) e di uno che al pari di Onorio d'Autun, di Brunetto Latini, di Ristoro d'Arezzo e al roveseio dell'autore della *Quaestio*, crede che il mare sia in diretta comunicazione con le fonti:

Omne flumen originaliter per occultos meatus in capitibus fontium a mari exit et per manifestos transitus iterum in mare redit, ut dicit glosa super Eccle. I (3).

Se ne potrebbe trarre la conseguenza che l'Anglico fosse, al contrario dell'autore della *Quaestio*, d'opinione che il mare era più alto della terra. Pure, a differenza della *Q.*, par che egli ammetta la piena sfericità della terra:

Terra, ut dicit Philosophus, est propriis equilibrata ponderibus; quaelibet enim partium suarum suo pondere nititur ad mundi medium, quo nisu et inclinatione singularum partium tota circa centrum equilibrata suspenditur et equaliter immobilis retinetur, etc. (4).

Il De Magistri, altro scrittore scotista del sec. XIV-XV, passato sotto silenzio dal Wadding e dallo Sbaralea negli *Scriptores ordinis minorum* e solamente noto

(1) Lib. IV, quaest. 5ª, in Scoti *Opera*, Lugduni, 1639, t. II, pag. 241.
(2) *Scriptores ordinis minorum*, Roma, 1806, pag. 35.
(3) *De proprietatibus rerum*, lib. XIII, c. 114 *v*, dell'ediz. del 1482 per Petrum Ungarum, in-f°.
(4) *Ib.*, lib. XIV, c. 121 *r*.

all'autore della *Bibliotheca Universa Franciscana* (1), nelle sue *Quaestiones perutiles super tota philosophia... cum explanatione textus Aristotelis secundum mentem doctoris subtilis Scoti* (2), ci presenta altra disformità dalla *Quaestio*. All'opinione in questa tenuta accenna per rifiutarla e mostra egli invece di avere per più probabile quella che è espressa nell'istanza del paragrafo 17° della *Q.* ed è invocando l'omogeneità degli elementi confutata nel seguente modo:

Utrum tota terra debeat esse realiter cooperta aquis. Pro solutione huius difficultatis ponuntur tres opiniones probabiles. Prima est Alberti que stat in duobus dictis. Primum: terra est cooperta magno mari quasi corrigia lata cingente ipsam a polo arctico usque ad polum antarcticum et iterum e contra. Secundum: terra est ex utraque parte discooperta mari. Ex hoc sequitur quod tota terra non est de facto cooperta aquis. 2° Sequitur quod ad salutem viventium terra non debet esse naturaliter cooperta aquis. Patet quia sunt multa viventia que non possunt generare nisi ubi tria elementa se tangunt. Hoc autem non esset si tota terra esset cooperta aquis. Secunda opinio stat in una suppositione que est hec. Terra est in una sui parte gibbosa. Ideo gibbositas terre transcendit speram aque et est altior aquis. Ex his ponit duo dicta. Primum: Terra subiecta aquis est rotunda; 2^m Terra habitabilis est extra aquam ad modum cuiusdam montis et gibbositatis. Ex hoc sequitur quod terra propter salutem viventium facta est gibbosa, ideo non est totaliter cooperta aquis. Tertia opinio est probabilior, et stat primo in una suppositione que est hec. Una pars terre est arida ideo est levior altior et est habitabilior; alia est cooperta aquis et humida, ideo est gravior et bassior. Ex hoc sequitur quod una pars terre levatur supra aquam eo quod alia pars terre est ponderosior, ideo est propinquior centro mundi. Secundo stat in una distinctione que est hec: Duplex est centrum terre scil. gravitatis sive ponderositatis et illud non est in medio terre cum una pars terre sit gravior alia sed est bene in medio mundi, ideo centrum grav. terrae est bene centrum mundi; aliud est centrum equalis distantie quod equaliter distat a qualibet parte circumferentie aque. Ex his ponuntur duo dicta. Primum: elementum terre quod complectitur totam terram tam habitabilem quam inhabitabilem illud est rotunde figure Patet ponendo pedem circini in centro equalis distantie terre et faciendo circulum circa circumferentiam. Secundum dictum. Totum elementum aque est rotunde figure Patet ponendo pedem circini in centro mundi et faciendo circulum circa circumferentiam aque. Ex his sequitur quod terra non est totaliter cooperta aquis. (carta 603 *r*, col. 2ª).

26. *Una disputa sull'acqua e la terra fra un tomista e uno scotista.* — Fra un esegeta scritturale convertito dal giudaismo, Paolo di Burgos, che si professa seguace di San Tommaso, e un francescano, Mattia Doring, non so come e fino a che punto seguace dello Scoto, sorse nella prima metà del secolo decimoquinto, una disputa, nella quale vediam sostenuta da una delle parti contendenti l'eccentricità dell'acqua, errore così pericoloso per l'autore della *Quaestio* che egli prende sin dal principio (§ 12) a combattere. La cosa è tanto più notevole in quanto che, sebbene l'antica immaginazione della terra nuotante sull'acqua implicasse l'eccentricità dell'acqua, nessun cosmografo o scienziato o teologo, niun dotto di qualunque ceto (e contro il ceto dei dotti o dei presunti dotti è rivolta la *Quaestio*) ne aveva mai prima del secolo XV, ad eccezione forse di Marsilio Ingen, dedotta apertamente siffatta conseguenza, e quella immaginazione era rimasta nella cerchia del volgo e indegna

(1) Joannis a S. Antonio, *Bibliotheca Franciscana*, Madrid, 1732, II, 182.

(2) Di quest'opera si conservano nella biblioteca Nazionale Vittorio Emanuele esemplari di due antiche e pregiate edizioni: una di Verona, 1481, in-f°, car. got., un'altra di Venezia, Scoto, 1490, 4°, car. got. Io mi valgo di questa seconda.

quindi di confutazione. La controversia nacque a proposito di un passo del commento, stimatissimo allora ed anche oggi avuto in un certo qual onore, del francescano Nicolò di Lira. Attenendosi all'interpretazione comune di alcuni Padri aveva questi spiegato il vers. 9° del cap. I del Genesi (" Dixit vero Deus: Congregentur " aquae „ ecc.), così:

Hic describitur opus tertii diei, quo distincta sunt elementa: quae distinctio facta est per hoc quod aqua prius producta in forma substantiali... accepit tunc a Deo debitam densitatem et sic occupavit minorem locum, aeris spacium dimittendo; et per hoc quod virtute divina factae sunt concavitates in terra, ubi accepta est pars aquarum, et sic apparuit pars terrae discooperta aquis ad habitationem hominum et animalium et sic fuerunt elementa distincta in locis sibi debitis.

La spiegazione non garbò, come tante altre, al Burgense che nelle *Addizioni* al Lirano si fece a criticarla acerbamente, facendo miglior viso alla soluzione da lui attribuita a San Tommaso, ma che è invece, come abbiam visto, dei Tomisti, e proponendo da ultimo una soluzione diversa (l'eccentricità dell'acqua e della terra) che egli si provò a illustrare con una figura (Fig. 12 d. Tav.) che a non tener conto delle esagerate proporzioni si accosta parecchio alla Fig. 1 della *Q.* (Fig. 1 d. Tav.). Alla pubblicazione delle *Additiones* del Burgense il campo Francescano fu tutto a rumore; e un tedesco, Mattia Doring (come più tardi il De Leewis più noto col nome di Dionisio Cartusiano) (1) assumeva di lì a poco le difese del suo confratello di religione. L'apologia, parecchie volte stampata durante il corso del secolo XV con le addizioni del Burgense e il commento del Lirano (2), porta un titolo che pare un insulto: " Tractatus magistri Mathie ordinis minorum provincie Saxonie ministri " sacre theologie professoris clarissimi quem intitulauit Correctorium corruptori Bur" gensis, in quo dicta postillatoris tutantur respondendo rationibus Burgensis et " eius dicta optimis rationibus annihilando, ut patet diligenter inspicienti „. Nel corso di essa il frate tedesco aspramente rimbrotta l'esegeta spagnuolo. Donde avea mai il Burgense cavata la sua strana opinione che anteponeva nientemeno che a quella dei Padri? in qual teologo o filosofo aveva egli mai letto che l'acqua era eccentrica? — Ecco ora i documenti della curiosa controversia.

Additiones Burgensis in postillam Nicolai de Lyra.

Congregatio aquae in uno loco non modicam videtur habere difficultatem, cum enim terra secundum suae naturae gravitatem absolutam, undique debeat esse aquis cooperta non videtur aliquis locus super terram ad quem seu in quo aquae naturaliter sint congregatae, sic ut terra discooperiretur. Ad quam difficultatem tollendam diversi varie scripserunt. Quidam enim dicunt, quod terra praebuit aliquas partes concavas, in quibus aquae confluentes ad partes terrae quae nunc est discooperta reciperentur. Sed hoc non videtur posse stare. Nam elementum aquae est multo rarius quam terra sicut et aër multo rarior est aqua, ut patet ad sensum: nam modica

(1) *Enarrationes in quinque mosaicae legis libros*, Colonia, 1566, pag. 24. Egli tuttavia è d'opinione che l'acqua fosse più alta della terra.

(2) Le edizioni più antiche a me note delle *Postille* del Lirano, quasi sempre accompagnate dalle *Addizioni* del Burgense e dalle *Repliche* del Doring, sono le seguenti: Mantova, 1481; Venezia, 1482; Norimberga, 1485; Norimberga, 1487; Strasburgo, 1492; Norimberga, 1493; Venezia, 1495; Norimberga, 1497; Basilea, 1498; Basilea, 1506. La fig. 12 della nostra Tavola è tolta all'edizione di Norimberga del 1487 (c. 28 *v*, 1ª col.), ed è identica o molto somigliante a quella che si trova nelle altre edizioni.

quantitas aquae in vaporem aëreum per operationem ignis risoluta, multo maiorem quantitatem aëream facit. Unde quidam philosophi dicunt elementum aquae in decupla quantitate esse maius terra. Similiter et elementum aëris, in multo maiori proportione excedere quantitatem elementi aquae, prout satis patet consideranti loca propria elementorum, quae quanto magis recedunt a centro versus circumferentiam, tanto sunt multo maioris capacitatis. Non ergo terra habet capacitatem recipiendi in concavitatibus suis tantam quantitatem aquae, quanta erat super totam terram habitabilem, quae est quarta pars fere totius orbis terrae secundum astronomos; unde alii dixerunt quod aqua ante eius congregationem erat valde nebulosa, quae post congregationem densata est; idcirco minorem occupat locum, quod etiam non videtur valere. Tum quia litera non dicit condensentur aquae, sed congregentur, tum quia sensibiliter videmus, quod aquae receptae in concavitatibus terrae non sunt magis condensatae quam aliae. Tum quia quantitas elementi aquae semper excedit quantitatem elementi terrae, propter aquae raritatem in magna proportione: ut dictum est, et sic idem inconveniens sequitur sicut prius, scilicet quod capacitas terrae non sufficit ad tantam aquae quantitatem in concavitatibus suis recipere. Unde aliter dicitur ab aliis, scilicet quod aquae in loco ubi nunc sunt congregatae, in maiorem sunt elevatae altitudinem. Nam ut dicit Basil. experimento compertum est in mari rubro, mare esse altius terra, quae quidem responsio adhuc non totaliter videtur sufficere: tum quia pluries in Scriptura, euntes ad mare, discendere dicuntur, sicut Psalm. centesimo sexto. " Qui descendunt mare in navibus „ et Jonae primo de Jona eunte in mare dicitur " Et descendens in Joppen invenit navem etc..... „, tum quia aqua de sua natura sit fluida, non potest habere in se partes montuosas scilicet caeteris altiores, sicut in terra propter sui soliditatem hoc contingit, tum quia rotunditas aquae potest demonstrari physice sicut et terrae rotunditas: quod patet. Nam quaelibet partes aquae habent aequalem inclinationem naturaliter ad centrum, elevatio etiam poli in diversis partibus maris, similiter et diversitas in ortu et occasu solis et stellarum, uniformiter se habet sicut in terra, et ubicunque sunt navigantes in mari Oceano, seu Mediterraneo, tempore tranquillitatis semper vident hemisphaeria plana absquė montuositate seu altitudine in aliqua sui parte, sicut fit in planissima terra in qua nulli montes seu colles reperiuntur. Et ideo salvo semper meliori iudicio, ulterius videtur de hoc aliquid dicendum. Pro quo attendendum est, quod sicut terra secundum Astronomos et philosophos est in medio universi, tanquam eius centrum, et est rotunda seu sphaerica, cuius centrum est idem centro universi; prout demonstrative probatur in utraque scientia praedicta, sicut elementum aquae ratione pari de sua natura est rotundum seu sphaericum, cuius centrum est idem in sua prima productione cum centro terrae seu universi: sed oportuit terram esse discoopertam ab aquis secundum aliquas partes sui propter necessitatem finis scilicet propter habitationem animalium et huiusmodi. Sapientia autem divina (quae disponit omnia suaviter) sic disposuit, ut elementum aquae servando suam rotunditatem naturalem haberet centrum separatum a centro terrae et universi. Secundum astronomos qui motus siderum diligenter investigarunt, centrum quorumdam orbium planetarum est separatum a centro universi, unde apud eos tales orbes dicuntur eccentrici seu egressae cuspidis, ut in quarto Almagesti et in aliis locis illius libri pertractatur. Quae quidem diversitas seu distantia utriusque centri scilicet terrae et aquae, ab invicem sic a Deo fuit disposita, ut inde sequerentur quinque ad propositum pertinentia. Quorum primum, quod licet sint multae congregationes aquarum in diversis locis, tamen omnes aquae quae sub coelo sunt, sunt ad unum locum congregatae prout Deus disposuit, nam quaelibet aqua habet aequalem inclinationem ad centrum elementi aquae, sicut quaelibet pars terrae ad centrum terrae et sic habetur verus intellectus illius quod dicitur: congregentur aquae ad locum suum, hoc est dicere: inclinentur aquae omnes quae sub coelo sunt ad unum locum scilicet ad unum centrum seorsum a centro terrae, ad quod centrum congregentur aquae sicut pars terrae. Quae quidem congregatio veritatem etiam habet in omnibus congregationibus aquarum sive in fluminibus sive in stagnis, sive in cisternis et hujusmodi. Nam omnes aquae ubicunque sint habent inclinationem ad centrum aquae ad quod fluunt cessante impedimento, sicut partes terrae etiam si sint in aere et extra terram suspensae, semper habent inclinationem ad suum centrum. Secundum quod sequitur ex praedicta distantia est, quod aqua non totam cooperiat terram, sed aliquam partem dimittat discoopertam prout requirit talis distantia centrorum ab invicem, et de hoc dicit in

littera. Et appareat arida, Sequitur tertium ex hujusmodi distantia centrorum, quod haec congregatio fuit a Deo facta per certam legem seu dispositionem in gyro vallantem abyssos scilicet multitudinem aquarum prout litera sonat Proverb. VIII. c. Quando certa lege et gyro vallabat abyssos. Quartum sequitur ex praedicta distantia, quod licet in ripa maris communiter terra et aqua sint aequalis altitudinis, tamen procedendo in mari per elongationem a terra, mare semper est altius terra, unde in Psal. LXVIII: *Veni in altitudinem maris.* Et in tantum quandoque proceditur, quod mare est altius quam montes in terra, et sic intelligitur illud Psal. CIII: *Super montes stabant aquae.* Quia altiores sunt aquae oceani praesertim procedendo versus medium quam montes terrae. Sequitur quintum ex praedicta distantia quod incedentes per terram, ad mare, descendentes debent dici sicut in autoritate praeallegata, et in aliis quamplurimis habetur. Similiter quod mare dicitur esse seu fundari super terram prout legitur in Psal. XXIII: *Ipse super maria fundavit eum.* Et ut praedicta clarius intelligantur, ponitur haec figura quae repraesentat haec elementa scilicet terram et aquam, tam prima eorum productione, quam post aquae congregationem. In qua figura licet corpus mathematice consideratum non possit in superficie plene repraesentari, tamen satis sufficit recte imaginanti.

In hac figura (cfr. Fig. 12 della Tav.), sit A centrum terrae, quod est etiam centrum universi, et sit sphaera terrae B, D, C, E, super centrum A et sit sphaera aquae ante ejus congregationem F, G, H, super centrum A supradictum quod est centrum universi. Nam aqua ex sui primaeva natura aequaliter habebat circumdare terram, cum quaelibet pars aquae aequaliter haberet inclinationem ad centrum terrae, quod est centrum universi. Disposuit autem Deus quod haec sphera aquae congregaretur ad unum locum, sic ut arida appareret. Sit ergo sphaera aquae secunda, scilicet post hujusmodi jussionem congregatae: ubi nunc est sphaera M, N, O, quae quidem sphaera est aequalis primae sphaerae aquae scilicet F, G, H. Sit etiam centrum sphaerae aquae post ejus congregationem H quod est eccentricum, ut dictum est eo quod distat seu egreditur a centro A quod est centrum universi. Intersecet ergo haec sphaera aquae sphaeram terrae in duobus punctis seu locis scilicet B, D (*Biblia Sacra cum glossa ordinaria... et postilla Nicolai Lyrani additionibus Pauli Burgensis ac Matthiae Thoringi replicis,* etc. Parisiis 1590, in-f°, coll. 47-49).

Tractatus magistri Matthiae Doring, etc.

...Item eadem digressione improbat Burgensis rationes per postillatorem adductas, ad ostendendum aggregationes aquarum in unum locum, ut appareret arida, videlicet condensationem elementi aquae et receptionem multarum partium ejus in concavitatibus terrae, quas rationes improbando Burgensis improbat, non modo Postillatorem, sed et beatum Augustinum qui asserit has rationes super Genes. cap. XII; sicque Burgens. ad reverentiam sanctorum non respicit quod supra in Postillatore valde reprehendit, sed frustra. Rationes enim ipsius Burgensis contra beatum Augustinum et Postillatorem modicae sunt apparentiae. Nam prima fundatur super falsa imaginatione, quasi tota ratio siccitatis terrae, sit receptio aquae in concavitatibus terrae, quod falsum est. Sed ex condensatione ejus facta est, cum in prima creatione aqua fuisset rara ad modum nebulae et ex multis pugillis nebulae factus est unus pugillus aquae sicut patet ad sensum. Sicque condensatione facta, pars recepta est in concavitatibus terrae. Et illae sunt duae causae partiales siccitatis terrae, ut vult beatus Augustinus ubi supra. Nec secunda ratio Burgensis valet, cum dicit in litera dici *Congregentur aquae,* non condensentur: nam congregatio simul et condensatio est partium propinquior positio, et ita illa difficultas potius est vocalis quam realis. Similiter quod tertio adducit, fundatur super falsa imaginatione. Imaginatur enim quod aquae in terra receptae, sint densiores quod verum non est, quantum est de ratione aquae: quia toto elemento condensato, pars ejus una recepta est in terrae visceribus. Et per ea quae dicta sunt, patet quod non valet illud quod quarto adducit, quia condensatio et receptio sunt ambae causae partiales ad unum effectum ariditatis terrae. Praeter has potior ratio ariditatis hujus potest addi divina voluntas quae legem posuit aquis ne transirent fines suos. Item in eadem digressione rejectis modis dicendi beati Augustini et aliorum, Burgensis imaginatur aquam, quae in principio creationis fuit concentrica terrae, et universo, factam eccen-

tricam terrae, et concentricam lunae ut apparere posset arida. Sed quanquam sua imaginatio sit valde involuta, ad sensum tamen literalem modicum conferre videtur, nec fundat eam super aliqua autoritate sacri canonis, sanctorum doctorum, vel alicujus philosophi. Et multa huic imaginationi contingunt inconvenientia. Primum, quia secundum illam aër et ignis ponerentur necessario elementa eccentrica, per egressionem enim aquae necesse est aërem egredi cum non habeat in sua sphaera soliditatem resistendi et idem arguitur de sphaera ignis. Secundum quia sic ordo elementorum a prima creatione institutus, et inclinatio naturalis ad centrum universi omnibus elementis indita, secundum beatum Augustinum et ipsummet Burgensem cito cessassent: quod est contra Burgensem et suum magistrum praecipuum Sanctum Thomam. Qui ideo reputat inconveniens lucem prima die factam, sole facto quarto die rediisse in praejacentem materiam quasi in prima rerum productione aliquid fuerit productum satis cito corrumpendum, ut patet prima parte, quaest. LXVII articulo ultimo, in responsione ad secundum argumentum. Nec videatur modicum inconveniens ordinem illum quo ad naturam elementarem specialiter aquae, fore corruptum, cum multi ponderis sit ordo ille, in quo etiam faeda in se viderentur pulchra et valde bona, ut inquit beatus Augustinus III super Genes. circa finem. Tertium quia sic videretur natura aquae corrupta. Propriis enim passionibus et naturalibus inclinationibus immutatis, necesse est naturam immutari; cessante enim inclinatione motus sui ad centrum universi, jam cessaret esse gravis, cessante gravitate cessaret esse frigida et humida et per consequens cessaret esse aqua. Nec valet instantia de aqua quae est supra firmamentum, quae non est mobilis ad centrum: quia secundum Burgensem in eadem digressione, illa dicitur quasi aequivoce aqua per quamdam analogiam ratione diaphaneitatis, non ratione gravitatis. Est enim appetitus naturalis gravis, motus ad centrum intrinsecus et naturalis ut docet beatus Augustinus tertio super Genesim capite nono. Propter haec et alia multa, imaginatio sua non videtur posse stare. Sed et mirum est quod nullus Philosophorum (qui de naturis rerum et earum connexione multa scripserunt) hujusmodi eccentricitatem videre non potuerint quia de hujusmodi nulla scripta reliquerunt. Et manifestum signum quod sphaera aquae non sit eccentrica, sed potius terrae et universo concentrica videtur esse tale, quia cessante lege quam posuit Deus aquis et gyro vallante abyssos, aqua naturaliter aridam absorberet, ut patet in diluvio: de quo capit. VIII infra ubi etiam Burgens. sibi ipsi conditionem dicit; cum sit naturaliter fluida, oportet quod tempore diluvii orbiculariter se habuerit circa centrum, id est terram. Congregationis igitur aquarum, ut appareret arida (prout supra dictum est) principalis causa est divina voluntas, quae terminum posuit aquis, ne transirent fines suos. Nec aqua per positionem talis legis detinetur violenter quia quamvis illa detentio sit contra inclinationem naturalem gravis ad centrum, non tamen obedientialem, secundum quam Deus potest facere quodlibet ex quolibet. (*Biblia sacra*, etc., ediz. cit., col. 52-53).

27. *Egidio Colonna e gli Agostiniani.* — Non fra i Tomisti o fra gli Scotisti, come neppure fra i cosmografi e filosofi anteriori, possiam noi collocare, per quanto siam venuti dicendo, l'autore della *Quaestio*. Tutto intorno a lui è deserto da questa parte. Saremo noi più fortunati nelle nostre indagini fra i teologi agostiniani? È un fatto che fin dal tempo di Dante, Egidio Colonna, fondatore della scuola agostiniana, aveva tenuto nella controversia dell'acqua e della terra ed esposto nell'*Esamerone* e nel *Commento* al secondo delle Sentenze di Pier Lombardo, una particolar opinione: la terra emergeva dall'acqua in forma di vera e propria gobba costituendo così non intero il nostro quadrante come crede ad esempio il Campano, l'unico a mia notizia che in ciò più gli somigli, ma solo quella parte del quadrante che poteva essere abitata dall'uomo. È, come si vede, l'opinione dell'autore della *Quaestio*. La quale per questo verso non ci sarebbe difficoltà, credo io, a collocare nel tempo di Dante, quando fin d'allora avesse qualcuno sostenuta l'eccentricità dell'acqua (primi invece a parlarne, come a me risulta, sarebbero tra il secolo XIV e XV Marsilio Ingen e Paolo Burgense); quando inoltre fin d'allora, a così breve distanza dal

massimo fiorire della Scolastica, fossero stati possibili errori filosofici del genere di quelli che abbiam segnalati, quando infine non ci fossero altri evidenti segni di falsificazione che indicherò nella seconda memoria. Ammessa tale gibbosità, spiega Egidio, fosse anche stata l'acqua, come comunemente si credeva, dieci volte maggiore della terra,

quomodo sine defraudatione elementorum salvare possumus naturaliter quod aqua non cooperit totam terram.

...Aqua itaque et terra sunt aequata secundum naturam sicut alia elementa, et conveniunt in aliqua qualitate, et in aliqua aequalitate virtutis, et potissime ut unum non possit omnino superare aliud sed semper manent et manebunt in sua proportione, et si est generatio et corruptio inter ea ut si in una parte vel in uno tempore augmentatur aqua, in alia parte, vel in eadem parte alio tempore augmentabitur terra ut prediximus in sua proportione permaneant. Advertendum autem quod licet assignaverimus quatuor proportiones sive quatuor convenientias inter omnia elementa, quia nulla sunt elementa proxima quae non conveniant in aequalitate materiae in assimilatione alicujus qualitatis, in aliquali aequalitate virtutis et potentiae, et in reciproca et mutua communicatione, possumus tamen quandam proportionem assignare inter aquam et terram quantum ad unitatem spherae terrae, ut dicamus quod, licet elementum faciat suam spheram et circumdet elementum superius totum elementum inferius ut ignis faciat suam spheram et circumdet totam terram, sed aqua et terra faciunt quasi unam spheram. Imaginabimur quidem quod terra habet suam formam rotundam, super hanc autem formam rotundam est una magna gibbositas alta et elevata, et in hac gibbositate etiam in forma hac rotunda terrae sunt multi montes et multae gibbositates, concavitates; ipsa quidem gibbositas propter sui altitudinem et elevationem remanet arida ut aqua non possit cooperire totum spacium terrae habitabilis quae quasi continet quartam partem terrae. In hac autem terra habitabili, propter suas aliquas concavitates sunt flumina fluentia ad mare, et sunt brachia maris, matrix autem aqua vel magnum mare facit unam spheram cum gibbositate terrae ut patet si circumscribatur figura (Vedi Fig. 3 della Tav. o 3ª Fig. della *Quaestio*). Hiis itaque praelibatis dicemus quod elementum aquae non defraudatur sua quantitate, nam dato quod esset decuplo major aqua quam terra sicut aër est decuplus quam aqua, et ignis decuplus quam aër, non tamen propter hoc aqua cooperiret terram habitabilem, nam gibbositas terrae quae est terra habitabilis est plus quam quarta pars terrae, sed quod dicitur habitari minus de terra quam quarta pars hoc est quia aliquid cooperit aqua de illa gibbositate. Constat autem quod quarta pars spherae tenet medietatem diametri, nam si dividatur sphera in quatuor partes cuilibet quartae respondebit medietas diametri, gibbositas ergo terrae quae est aliquid plus quam quarta pars elevabitur vel potest elevari aliquid plus quam medietas diametri terrae, elevetur quidem per octavam partem, plus itaque gibbositas terrae elevetur super terram per medietatem diametri et quasi per octavam partem, quo posito diameter aquae erit duplus ad diametrum terrae, et continebit ulterius quartam partem, nam aqua faciens unam spheram cum gibbositate tantum erit circa terram quantum elevatur gibbositas terrae, et quia gibbositas terrae continet medietatem diametri id est octavam partem diametri aquae ex una parte superabit diametrum terrae per medietatem diametri, et octavam partem continebit, itaque diameter aquae totum diametrum terrae et bis octavam partem, quo omnia conjuncta simul facient bis diametrum terrae et quartam partem quod multiplicare cubice resultabunt inde undecim et aliquod ultra, tota ergo sphera tam aqua quam terra erit undecies forma terrae et aliquod amplius. Subtracta ergo inde undecima parte et propter formam terrae et ideo aliquo modo amplius propter gibbositatem terrae remanebit aqua decupla ad terram sive ad formam terrae. Secundum hoc ergo non defraudatur aqua a sua quantitate, et ponendo in terra prefatam gibbositatem remanebit terra habitabilis discooperta aquis naturaliter quia si aqua cooperiret illam ascenderet. Sed forte quaeres si aqua cum illa gibbositate facit unam spheram, et illa gibbositas elevatur super terram per medietatem diametri et octavam partem, et ex hoc aqua undique elevabitur supra formam terrae tantum et per consequens diameter aquae ex utraque parte ultra diametrum terrae con-

tinebit medietatem diametri et octavam partem, vel, quod idem est, continebit bis diametrum terrae et quartam partem, quare oportebit hoc multiplicare cubice ut sciatur tota quantitas spherae. Ad quod dicimus esse in rotundis corporibus secundum diametros et in quadratis secundum superficiem ut si esset aliqua archa quae in qualibet facie esset unius palmi, et alia quae in qualibet facie esset duorum palmorum, acciperemus cubitum binarii et diceremus bis duo 4 orbis et quatuor octo et concluderemus quod archa habens in qualibet facie duos palmos contineret octo archas habentes in qualibet facie unum palmum; sic si esset aliqua sphera cuius diameter esset duplex ad alium diametrum alterius spherae, illa sphera contineret octo de illis, quare si diameter aquae continet bis diametrum terrae et quartam partem quia duo et quarta, multiplicata cubice faciunt undecim et aliquod amplius habebunt se aqua et terra secundum proportionem praedictam, et erit aqua decupla ad terram, et tamen non cooperiret terram totam. Advertendum quod diximus gibbositatem terrae se protendere super terram per medietatem diametri et octavam partem, et ex hoc concludimus quod diametrum aquae facientis unam partem cum gibbositate terrae est bis diametrum terrae et quarta pars, ut ex hoc concluderemus terram esse undecimam partem illius spherae, et aquam esse decem partes, ut ex hoc salvaremus aquam esse decuplam ad terram et non cooperire totam terram quod si ratio huius non est punctualiter facta, potest quis ponere gibbositatem terrae aliquod plus vel aliquod minus et sic salvare punctualiter proportionem. Advertendum etiam quod dicet aliquis et satis rationabiliter quod non oportet aquam esse decuplam ad terram quia non est terra tanto densior aqua quantum aqua aere, quia si aer est decuplus ad aquam quia est tanto rarior aqua quod unus pugillus aquae facit decem aeris. Advertendum etiam nos non descripsisse montes tam in forma terrae quam in gibbositate terrae quod ibi sunt ubi eos descripsimus, ac si vellemus describere mappam mundi, sed solum hoc fecimus ad ostendendum quod tam in forma terrae quam in gibbositate eius sunt montes. Quot autem sunt huiusmodi montes et ubi sint situati relinquimus describentibus mappam mundi. Eodem autem modo in ipsa gibbositate terrae vel in ipsa terra habitabili descripsimus brachia maris et flumina non quod ita sint situata sicut ea descripsimus sed ad ostendendum quod circa formam terrae sunt aquae matrices et magnum mare describens cum gibbositate terrae spheram unam, sic in ipsa gibbositate terrae vel in ipsa terra habitabili sunt brachia maris et flumina (AEGIDII COLUMNAE, *Hexameron*, Patavii, 1549, in-4°, c. 114 *r*-115 *v*; lib. II, c. 25).

Dicemus ergo, quod si terra haberet formam omnimodam rotundam sine aliqua gibbositate, omnino cooperiretur aquis, forma enim terrae est rotunda sicut forma pomis est rotunda. Posset tamen pomum habere formam rotundam et habere aliquas gibbositates et aliquas concavitates in illa forma; sicut ergo forma terrae rotunda est, sic et in diversis partibus potest habere diversas gibbositates idest diversos montes. Praeter tamen montes habet magnam quandam gibbositatem in parte septentrionali, in qua gibbositate est terra habitabilis; quae gibbositas cum aqua facit quasi unam sphaeram, ita quoque aqua cooperit totam terram praeter illam gibbositatem, quod quomodo fit plane describimus in nostro Hexameron. Sciendum tamen quod in illa gibbositate sunt magnae valles quas intrat mare Mediterraneum, et sunt ibi magni montes ut apparet ad sensum. Illa ergo gibbositas terrae quae cum magno mari facit unam sphaeram, ubi habet profundas valles, ibi subintrat mare, quia semper aqua currit ad inferius et fluunt ibi brachia quaedam maris, quae coniunguntur cum magno mari. Mare itaque non cooperit terram quia ascenderet si ipsa cooperiret, gravitas ergo eius quae non sinit ipsam ascendere, non permittit quod cooperiat terram. Sed si sic dicimus, quod credimus bene dictum, tria inconvenientia videmus incurrere, quod si aquae nullo modo ascendunt, sed semper descendunt, non videmus quod possimus salvare quomodo flumina exeant a mari et ad mare revertantur ut iterum fluant.

Secundo non videtur quod possimus salvare fluxum et refluxum maris, quia si aqua non ascenderet, non videretur, quod mare posset fluere et refluere.

Tertio si aqua haberet talem gibbositatem, sicut dictum est, bene videretur quod navis existens ultra mare non videretur, quia inter navem et terram interponeretur illa gibbositas maris, sed in medio maris omnino videretur quia esset altior, ut videtur ibi existens, quam cum erat iuxta terram. Propter primum sciendum quod videntur aliqui sentire, quod secundum

propriam formam mare subintrat terram et deservit generationi lapidum et mineralium, et sic subintrans terram redit ad locum unde fluunt flumina, et hoc modo continuatur cursus fluviorum. Et si arguatur contra istos quod tunc aqua ascenderet, quia cum flumina tendant semper ad inferius non posset continuari cursus alicuius fluvii per aquas maris, nisi huiusmodi aqua ascenderet et ascendendo postea descenderet, quod videntur isti concedere posse fieri per motum supercelestium corporum, sicut fluxus et refluxus maris, qui sine ascensu aquae fieri non potest, sed ita stare non possunt. Verum est enim quod motus primi coeli vel primi mobilis rapit secum omnes alios orbes et rapit secum totam sphaeram ignis et quasi totam sphaeram aeris, excepto illo aere qui clauditur inter montes, sed iste raptus et iste motus est circularis, secundum enim talem motum nec est ascensus nec est descensus. Dicemus enim quod nunquam aqua ascendit nisi per ventum agitata vel per aliquem impulsum, vel nisi fiat aliquo modo levis, ut apparet in vaporibus elevatis ab aqua, qui propter calorem incorporatum a sole vel ab aliis stellis, aliquam levitatem contrahunt per quam ascendunt. Illud de fluxu et refluxu suo loco solvetur.

Sed quod dictum est de fluminibus quomodo exeunt a mari et in mare revertuntur; dicemus quod mare cum terra habitabili facit unam sphaeram, ut patet in nostro Hexameron; ita quoque terra habitabilis est quaedam pars illius sphaerae, et quia mare sic circumdat terram quod tota terra habitabilis cum brachiis maris et cum omnibus fluminibus non est completa quarta pars terrae, ideo mare humectat terram et a terra sic humectata per mare elevantur vapores, ut pluant super terram et subtus terram. Unde videmus quod in montibus magis abundant aquae et plures sunt fontes quam in vallibus, quia magis abundant cavernae in montibus quam in vallibus; ubicumque ergo est terra cavernosa, elevantur vapores usque ad cacumen cavernae, ibi autem ingrossantur et descendunt et fit pluvia. Ex pluribus ergo talibus cavernis fit fons magnus vel parvus, secundum quod magis vel minus in cavernis subtus terram generantur aquae. Ex pluribus autem fontibus fit postea fluvius. Hoc ergo modo fluvii exeunt a mari quia mare humectat et inebriat terram, ex qua humectatione per calorem solis et aliorum siderum, quorum est calorem efficere, fiunt vapores et elevantur et faciunt fontes; qui quidem fontes coniuncti faciunt fluvios. Ex vaporibus ergo in cavernis terrae generatis non solum fiunt fontes et fluvii, sed ex vaporibus super terram elevatis augmentantur vel etiam generantur fluvii, quia ex magna siccitate videmus aliquos fluvios desiccare omnino. Non enim sic possent desiccari rivi vel fluvii generati ex vaporibus in cavernis terrae, quia stante causa stat effectus. Vapores enim in cavernis terrae non ita desiccantur sicut vapores elevati super terram et fluvii inde generati non ita desiccantur sicut alii. Ipsae ergo aquae secundum se non ascendunt, sed vapores inde elevati per calorem incorporatum ascendunt, et hoc modo generantur fluvii a mari et ad mare revertuntur ut iterum fluant. Desiccaretur enim mare si semper humectaret terram et ex illa humectatione non fierent aquae quae redirent ad mare. Et sic soluta est difficultas prima (Aegidii Columnae, *In secundum librum Sententiarum*, Pars 1ª, Venetiis, 1581, in-f°, pp. 601, col. 1ª-602, col. 2; Distinct. XIV, Quaestio 2, art. 1°).

L'opinione del Colonna divenne presto obbligatoria per gli Agostiniani. Il capitolo generale adunato a Firenze nel 1287 decretava infatti:

Quia venerabilis magistri nostri Fr. Aegidii doctrina mundum universum illustrat, definimus et mandamus inviolabiliter observari, ut opiniones positiones et sententias scriptas et scribendas praedicti magistri nostri, omnes ordinis nostri lectores et studentes recipiant eisdem praebentes assensum et eius doctrinae omni qua poterunt sollicitudine ut et ipsi illuminati alios illuminare possint sicut seduli defensores (1).

Ma una cosa rimaneva a spiegarsi, come cioè avesse potuto la terra così deformarsi, nonostante la sua uniforme gravità che la dovea piuttosto indurre a formare intorno al centro del mondo una perfetta sfera. I discepoli e seguaci del Colonna

(1) Ossinger, *Bibliotheca Augustiniana*, Ingolstadii, 1768, pag. 237; Torelli, *Secoli Agostiniani*, t. V, Bologna, 1768, a. 1287.

non tardarono a trovarne la ragione attribuendo alle stelle del settentrione una particolare attrazione magnetica, una forza elevante della terra. L'operazione del cielo sulle cose del mondo era stata tante volte paragonata all'operazione del magnete sul ferro! Che importava che siffatto paragone fosse stato quasi solamente addotto a spiegare in certo modo l'occulta virtù del cielo, come occulta era quella del magnete, oppure a render conto della sospensione della terra nello spazio? Non dicevano forse San Tommaso e Alberto Magno che le stelle " movent terram "? Non avevan già attribuito gli Scotisti, sulla guida di Albumasar, a un'attrazione magnetica lunare le gibbosità parziali che si manifestavan nell'acqua, per le quali l'oceano diventava successivamente durante il corso del giorno più alto della terra? Quando l'agostiniano Paolo Veneto scriveva nella seconda metà del secolo XIV la sua *Composizione del Mondo* (1), la spiegazione era già stata trovata, se pure egli stesso non ne fu l'autore.

Terra est discooperta aquis sub septentrione. Probatur. Sub illa parte videtur esse discooperta terra quia nobilior et potentior; sed pars coeli septentrionalis est nobilior et potentior propter multitudinem stellarum que ibi maior est quam alibi etc. Unde sicut magnes attrahit ferrum et ipsum attractum retinet elevatum sursum per virtutem impressam in ferro ita pars septentrionalis sua virtute multiplicata ad centrum propter generationem et habitationem animalium, ad quam uigilat intelligentia celi terram elevat sursum faciendo cessare aquas et illam elevatam sic perpetuo retinet ut animalium species sint eterne (2).

Così Paolo Veneto nel suo trattato giovanile. Cambiò più tardi d'opinione abbandonando affatto il Colonna. L'opera della sua virilità (*Summa naturalis philosophiae*), dal carattere enciclopedico nel quale facilmente si annega l'individualità dell'autore, porta tracce evidenti dello studio fatto sul D'Ailly (3). La vita sua che trascorse

---

